



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 12. Primus Præses, & Mercatorum Præfectus ante susceptum bellum a Rege ad Luparam citati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

„justis armis nos tueri, eo quod nos op-
 „primere machinentur, si qui vero sunt,
 „qui specioso religionis colore decepti,
 „eorum partes hactenus secuti sunt,
 „modo intra duos menses a protesta-
 „tionis nostræ promulgatione ab armis
 „discedant, & quietos se domi contine-
 „ant, eos uti ceteros Majorum religio-
 „ni addictos, qui factioni minime nomen
 „dederint, in nostrum patrocinium re-
 „cipere parati sumus., Divulgato hoc
 scripto hi Principes bellum parare in-
 tenti secesserunt, & quidem Navarrus
 & Condæus in Aquitaniam, Montmo-
 rentius vero in Occidaniam contende-
 rat.

§. XII.

*Primus Præses, & Mercatorum Præ-
 fectus ante susceptum bellum a
 Rege ad Luparam citati.*

Hoc edicto Parisiis promulgato popu-
 lus hæreticorum excidium immo-
 dico Religionis fervore expetebat, ac
 palam Regem redarguebat, quod se-
 mestris spatium, intra quod Protestan-
 tes regno excederent, eis indulisset:
 horum igitur querelis permotus Rex
 die undecima mensis Augusti Senatus
 Præsides, Præfectum Mercatorum, at-
 que Ecclesiæ Parisiensis Decanum ad
 Luparam evocavit, huicque congressui
 ipsum

Sæcul. XVI.
 A.C. 1585.

Thuan. &
 David l. c.
 Mem. pag.
 292.

Sæcul. XVI. ipsum etiam Guisium Cardinalem inter-
A.C. 1585. esse voluit, quibus una congregatis
 Henricus Rex: „gaudeo, inquit, ex
 „animo, quod bene consultus, & aucto-
 „ribus vobis, qui adestis, edictum ul-
 „timum in gratiam Protestantium fa-
 „ctum revocaverim, cunctatus ecqui-
 „dem sum diu, non ex eo, quod in me
 „religionis Catholicæ ardor teperet,
 „sed id factum a me est, quia summis
 „difficultatibus, quas vix superandas
 „credebam, hoc negotium implicatum
 „esse superiorum temporum experien-
 „tia didicissem, verum nunc firmiter
 „spero, ac confido tot virorum illu-
 „strium & robore, & consiliis subnixus,
 „quod tantum bellum ad exitum felici-
 „ter perducipossit, interim ut istud cum
 „decore suscipere, & conficere possim,
 „tribus exercitibus opus habeo, quo-
 „rum unum penes me retinere decrevi,
 „alterum vero in Aquitaniam, ac ter-
 „tium ad Regni fines adducere statui,
 „ut venientibus Germanis Regni adi-
 „tum intercludere valeam, nam de
 „adventu eorum, quicquid contrarium
 „jactatur, dubitari non debet: cete-
 „rum periculosa mihi ab initio visa est
 „edicti pacificatorii revocatio, sed bel-
 „lum decretum, ut geri possit, meo ju-
 „dicio majores longe difficultates ha-
 „bet, quibus in tempore prospici oportet,

Sæcul. XVI.

A. C. 1585.

„tet, nam serum erit auxilium, cum
 „hostem ad Parisinæ urbis portas ha-
 „bebitis: inutile insuper erit pacem sta-
 „bilire, dum hostis potentia invalescere
 „incipiat: porro alieno potius, quam
 „meo ad id consilio raptus sum, neque
 „tamen industriæ ulli, aut impensis
 „parcere decrevi, & quando mihi in
 „pace servanda minime auscultastis, re-
 „liquum est, ut in bello gerendo sub-
 „veniatis; nam nolo, ut in me solum
 „belli onus incumbat, quod consulto-
 „ribus vobis gesturus sum: proin ad sum-
 „ptus prorsus ingentes suam etiam o-
 „pem quivis conferat, & incommodo-
 „rum, quæ prior expertus sum, par-
 „tem simul sustineat. His dictis Rex ad
 „Achillem Harlæum primum Præsidentem
 „conversus hæc addebat: laudo, mul-
 „tumque commendo tuum, & sociorum
 „tuorum studium, ac pietatem, qui &
 „consilium de revocando edicto proba-
 „stis, & ad religionis causam consti-
 „tuendam tam fortiter me hortati estis,
 „sed velim sciatis, bellum sine pecunia
 „geri non posse, ac potissimam de Regni
 „incolumitate rationem esse habendam,
 „quapropter declaro, clausas mihi au-
 „res ad illorum querelas fore, cum de-
 „stipendiis suis, quamdiu bellum dura-
 „bit, suppressis apud me exostulabunt.
 „Idem & tu Mercatorum Præfecte,
 „quan-

Sæcul. XVI

A.C. 1585

„quantum ad vectigalia annua, quæ ci-
 „vibus ab ærario publico debentur, ti-
 „bi dictum puta, & indicto civium con-
 „cilio cras mane renuntia, quod nunc
 „cum tantam lætitiã ob revocationem
 „edicti testati sunt, necesse etiam sit, ut
 „ad hujus operis, quod ipsis probatur,
 „executionem pariter me adjuvent,
 „hinc durante hoc bello redditus sibi fol-
 „vi sperare laud poterunt, econtrario
 „summa, ad hoc bellum mihi esse neces-
 „saria ascendit ad ducenta aureorum mil-
 „lia, quæ ab ipsis exigere volo, nam in his
 „rationibus, in singulos menses belli sum-
 „ptus ad quadringenta aureorum millia
 „excurrere comperio: Vix hæc protule-
 „rat Rex, cum illico vultu subirato ad
 „Cardinalem Guisum convertit orationem,
 „hæc subjungens: „in primum
 „mensem curavi, ut ex mea, & priva-
 „torum pecunia absque Cleri subsidio
 „stipendia procedant: tuarum partium
 „postea erit jurare, quod in cete-
 „ros, quotquot erunt, menses, ex sa-
 „cro patrimonio pecunia, quamdiu ex-
 „ercitum alere compulsus ero, submi-
 „nistretur, nam nolo, ut in me unum
 „belli onus, atque adeo hæc ruina reci-
 „dat, nec in hoc meam conscientiam
 „me gravaturum confido: neque etiam
 „Pontificis consensum expectabo, nam
 „in causa religionis, quin salva consci-
 „entia

„tia hoc possim, & debeam, nulla mihi
 „Religio est; cum enim sacro ordine
 „præcipue impulsore hoc sanctum bel-
 „lum susceptum sit, hinc, ut sacri belli
 „sumptus sacer ordo luat, necesse est,
 „volo itaque, ut cuncti suas opes ad hoc
 „bellum conferant, quia Nobilitas, meum-
 „que ærarium nimis exhausta sunt.

His dictis, cum Præses primum, &
 dein Mercatorum Præfectus, postremo
 & Cardinalis Guisus suppliciter inter-
 cedere vellent, Rex illos interpellans
 non jam verbis, sed factis opus esse
 agebat, & imposito silentio hæc ira
 commotus subjunxit: „satis igitur fuis-
 „set, meis parere consiliis, ac pacis
 „commodo frui, nunc enim video, quod
 „sæpius monui, sedentibus, & otiosis
 „procul a periculo quam facilius sit
 „bellum decernere, quam gerere, at-
 „que adeo vereor, ne dum novæ sectæ
 „concionatoribus bellum indicitur, an-
 „tiquæ Religioni periculum creetur: „
 cum autem rursus illi replicare vellent,
 Rex secessit, illosque valere iussit.

§. XIII.

*Navarræ Rex ad ejurandam Sectam
 a Regis emissariis sollicitatus.*

Insuperhabita hac verborum asperitate
 Rex magis prudentiæ legibus con-
 gruum fore credebat, si temporum ini-

Thuan. Es
 Davil. l. c.
 Journal de
 Henri II.
 tom. I. p. 7.
 Mem. p. 339.

Hist. Eccles. Tom. L.

S

quitati